



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hviſs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XC. Num sit Purgatorium?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO LXXXIX.

An Sanctis licitè festa fiant?

LVTHERANIS & CALVINIANIS mēs, voxque vna est, & conclamatio aduersus Sanctorum festa: 1. Quod idololatriam sapiant: cum solius Sabbati cultus sit in præcepto. 2. Quod falso titantur quædam fundamento: vt Conceptionis B. V. M. 3. Quod multa sint nouitia B. V. nec ante Iustinianum extiterint. 4. Quod ab Imp̃ secularibus orta & instituta. 5. Quod non Sanctis quædam ordinata. Hæc Heshusius lib. De error. pont. tit. 26. Magiebu. g. Cent. 1. l. 6. c. 6.

AVTOR. Festiuare Sanctis, sanctum est: 1. Teste Ecclesiæ Autoritate primis quinque sæculis festa sanciente: apud Bellarm. lib. 3. c. 16. 2. Concilia item plura statuerunt. 3. Ratio Augustini lib. 10. Ciu. c. 4. Beneficiorum Dei solennitatibus dicamus, sacramque memoriam; ne volumine temporum ingrata subrepat obliuio. Atqui haud paruum est beneficium consummatio Sanctorum scilicet Ecclesiæ in exemplum, patrocinium, gaudium.

RESPONDEO nunc AD I. Deo festiuamus in Sanctis primariò; Sanctis secundariò & mediatè. Vnde idololatria esse non potest; quia Dulia Sanctus datur, Latria Deo.

AD II. Conceptio B. V. absolutè, non Conceptio immaculata, est festi causa, & ea certa, ac miraculosa, scilicet è sterili. &c.

AD III. sunt quædam recentia festa; quod & beneficia sint recentia. At Martyrum plerorumque & Confessorum festa sunt aliis alia antiquiora. &c.

AD IV. Non Imp̃ instituerunt;

sed pridem instituta solennizarunt, aut propagarunt, legibusque iuuerunt.

AD V. Vnustolū Episcopus Constantinopolitanus Iustiniano annuum recolebat; neque diu; priuato affectu.

Haecenus de Triumphantis Ecclesiæ Capite ac Membris, Christo & Sanctis, coronata Cultu: Porro Anima in Purgatorio, ante vita stadio decurso certi meta sunt, eamque lamina teneant Beus decreto Dei; licet ante afflicti pro debito; cumque degant velut in terrenis inter ac Calices. hinc tamen afflicti calisque debiti: Idcirco à Beatis filii hominum quoque proximum vendicant in nostris orationibus.

VII. DE PURGATORIO.

QVÆSTIO XC.

An sit Purgatorium?

LVTHERVS variatit. 1. In disputat. 1. tit. Ego eredo fornicere, imò ausim dicere, si Purgatorium esse: facile persuasor in crispianu de resurrectionem. 2. Id admittit; sed multis cum eodem Leone X. damnat; vt non posse excip. probemas in eo salu. is incertas est: esse meo. & sic assidue peccare dum poenas horrent: liberat. & mirus beati, quam si fatiscissent. 3. Negant. & tus totum; solam mortem eius exulare & cetera. vltimum tenent omnes Rig. d. Luth. vt Cent. 1. lanch. Brent. Zyving. Ochinus. &c.

CALVINVS, Infit. l. 3. c. 1. §. 8. Purgatorium est exitiale Satanæ commentum, Christi euacuat, contumeliam irrogat, & ricordia Christi, fidem labefactat. **M**ARTYR, sit, aut non sit; certe actio dei non est. Nituntur vno hoc; quod si fidem tollant, & discrimen peccati venialis.

SVADENT, istis. 1. Ex Scriptura. 1. 6. Cum dederit dilectis suis somnum &c. redias Domini. 2. Eccl. 9. Nec oppo-

ratio &c. sunt apud inferos. 3. Eccl. 11. *Lignam, in quacunq; loco ceciderit, ibi erit.* 4. *Ezech. 18. Cum auersus fuerit impius ab impietate sua, omnium iniquitatum eius non recordabor.* 5. Duo sunt hominum ordines, *Matth. 23. Benedixisti, venite: Maledixisti, ite.* 6. *Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso.* 7. *Rom. 8. Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu.* 8. *2. Cor. 5. Si domus terrene habitationis nostrae dissoluitur, habemus domum aeternam in caelis.* 9. *Apoc. 14. Beatorum, qui in domino moriuntur. &c.*

II. Ex Ratione. 10. Quia remissa culpa remanet nulla poena.

III. Poenitentia est quidam baptismus; at in hoc remittuntur omnia; ergo & in illa: vnde culpa nulla super. 12. Secundus Machabaeorum est apocryphus; maxime cap. 12. Nec tibi fit mentio purgatorii. Et pro caelis in pec. mortali iustificabatur; Idque ex affectu pio solum; non quod liberari credebatur.

AVTOR. 2. *Mach. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.* 2. *Tob. 4. Panem tuum & vinum super sepulcrum iusti constitue; & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus: Sed cum pauperibus pro anima deprecaturis, ait S. Chryss. hom. 32. in Matth. 3. Galaaditae, 2. Reg. 1. pro casis Saule, Ionatha & aliis ieiunauerunt, ut & David, & 2. Reg. 3. Abner: idque non ex dolore tantum, ut vult Münsterus; Sed ut animae iuarentur, ait V. Beda ibid. 4. *Psal. 37. Domine ne in furore inferni; neque in ira purgatorii corripias me, ait S. Aug. ibid. 5. *Psa. 65. Transiimus per ignem & aquam, purgatorii, ait Orig. Ambr. 6. *Isa. 4. Si abluerit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion. &c. in spiritu iudicii, & spiritu combustionis, id est, purgatorii, ait August. 20. *Ciu. c. 25. 7. *Malach. 3. Sedebis quasi******

ignis constans, & purgabit filios Levi, & colabit eos in purgatorio aium Oug. Ambr. Aug. Hier.

II. Nouum Testamentum docet idem in *Antichristo* meo p. 1. q. 29.

Quibus adde. *1. Cor. 3. Si cuius opus arserit, detrimentum patitur, ipse autem saluus erit, sicut tamen quasi per ignem, id est, ex omnium S. Patrum sententia, Poenam purgatoriam, post iudicium particulare reliquam iis, qui edificarant ex ligno, foeno, stipula: id est, pecc. ven. Ita Amb. hic. Hieron. in 4. *Amos. & libr. 2. in Iouin. August. Psa. 37. Greg. l. 4. Dial. c. 3. Bell. l. 1. de Purg. c. 5.**

CALVINISTAE tamen ignem dicunt esse Doctrinam veram.

AT huic singula nequeunt applicari. Nam ea lucrum affert peccatori succensio poenitentiae, non detrimentum.

III. Istitis adde testimonia Conciliorum, habitorum in Africa, Gallia, Hispania, Germania, Graecia, &c. Vnde Petr. Martyr ait: *Solite nobis obicit: Ecclesiam semper pro defunctis orasse: Quod quidem non inficio: sed a sero istius facti neque Verbi Dei, neque exempli, quod desumitur & S. Literis, auctoritatem haberi. Vide Bellarmin. c. 9.*

IV, Porro Classem S. Patrum vide *ibid. c. 10.* Mendacia vero, & lycophantias Sectariorum repete ex meo *Mendace Antipap. p. 1. q. 9.*

V. Demum Ratio consonat Fidei, 1. Quia sunt quaedam pecc. venialia, poenae temporalis digna: at cum his decedere quis potest: ergo purgationis eget. Nil enim coinquinarum introibit in regnum caelorum. Maior constat ex *Iac. 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum,*

veniale ob delectationem cogitationis: peccatum, cum consummatum fuerit consensu pleno, vel opere; generat mortem: quia mortale est. Idem constat 1. Cor. 3. superædificantibus diuersa, his aurum, &c. illis stipulam. &c. Nam stante Fide & Christianismo, alii cumulant peccata mortalia, alii venialia, alii nulla; sed mera opera bona: teste Augustino libr. 83. quæst. 26.

2. Ratio. Quia in reconciliatione peccatorum non semper tota pœna cũ peccato remittitur. Patet in Dauide, 2. Reg. 12. Mors autem proprie est pœna peccati Originalis, non actualium. Vide Bell. c. 11.

3. Demum; Omnis gens ac natio agnouit aliquam quibusdam post fata superesse pœnam absolubilem: cuius metu vita sollicitius à peccatis custodienda sit.

4. Præsertim Ecclesiæ praxis vniuersa, de qua ita S. August. l. de cura pro mort. c. 1. In Machabæorum libris legimus, oblatum pro mortuis sacrificium. Sed et si nusquã in veteribus Scripturis legeretur, non parua tamen est vniuersæ Ecclesiæ, quæ in hac Consuetudine claret, Autoritas: ubi in precibus, quæ Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum.

Par, quin maior est Autoritas Apostolica; quæ de S. Chrys. hom. 59. ad populum. Non temerè ab Apostolis hæc sancita fuerunt, ut in tremendis Mysteriis, defunctorum agatur commemoratio. Adcò ut hæretici fuerint Aëriani, qui ait Epiphani. hæresi 75. Orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere sinxerunt.

5. Denique ex Caluinistarū principiis

fidei idem sic euincitur: Volunt. 1. Concupiscēciam esse auersionem à Deo continuam cum reatu mortis æternæ: Parans ihesi 18. Ex Calu. Instit. 2. c. 1. §. 2. 2. Ex pecc. orig. contagione omnia iustorum opera taminari, vt sint mera iniquitas: Calu. ad Trid. Sess. 6. c. 16. lib. 3. c. 12. §. 4. Atqui nil inquinatum potest intrare in regnum Dei: Ergo nec Caluinistæ; vt pote tota vita immundi. Nec purgantur Morte; nam hæc communis est etiam infidelibus: Non Fides: quia nil in Scriptura, quod Fides in agone purget magis, quam in vita: non autem ea purgat Caluinistas inuita: ergo nec in morte. Nec Non imputatione, hæc enim non tollit Coecitatem mentis, auersionem voluntatis, & reatum pœnæ æternæ. Quare cum his erunt vel in celo, vel orco.

DICO AD I. Somnus ibi est corporum quies ad usque iudicium: Hæreticus, est Augustino, resurrectio.

AD II. Id de damnandis dicit S. Hieron. ibid. At S. Greg. 4. Dialog. c. 39. eos tuuari suffragiis, qui id bonis operibus moruerunt, dum viuerent.

AD III. Ad literam loquitur de morte corporali, qua iacent omnes. Item sua cuique morienti sententia fertur stata, etiam purgatoris. Sicut in Lymbum quondam missis.

AD IV. Non recordabor iniquitatis, id est, inimicitiam cum conuerso non seruabo.

AD V. Erunt duo solum post iudicium: at nunc plura sunt: teste Calu. in Plyphipann.

AD VI. Præuilegia paucorum non faciunt legem. Dein, isto: Mem. cito meo in di-

indicauit etiam in altera vita condonari peccata: at non in coelo; nec in inferno; ergo in purgatorio.

AD VII. Loquitur de non consentientibus ad motus concupiscentiæ.

AD VIII. Addit: *Si tamen ueluti inueniamur*, charitate: *Sin'*; saluantur, *sic tamen quasi per ignem*. I. Cor. 3.

AD IX. S. Anselmus ait, *A modo*, id est, ab iudicio extremo, non, ab morte cuiusque, requiescent à laboribus; at in his adhuc sunt purgatorii.

AD X. Est contra S. Scripturam teste Adamo, Moysè, A rone, Israëlitis, Dauide; quibus temporalis poena remansit, culpâ dimissâ: Idque Tum in satisfationem præteriti peccati; teste Caluino *Instit. l. 3. c. 8. § 6.* Tum in cautelam, teste eodem *ibid. c. 4. § 31.* Et si hoc posterius neget loco priore.

AD XI. Non sequitur: quia est *quidam baptisimus* poenitentia, ideo hæc non ita totum semper dimittit, ut baptisimus; nisi omnio perfecta: Plerumque enim poena, sempiternâ in temporalem uersâ, grandis remanet.

AD XII. Id negant Luthero-caluitæ cum Iudæis contra Christianos; teste S. *Aug. l. 8. Ciu. c. 35.* Et clarè fat colligitur purgatorium esse, licet hoc non exprimitur de nomine. De mortalitate peccati non constat, ideoque incertus fuit status occisorum. Attamen *considerabat*, quod *optimam haberent repositam gratiam*: idque ex communi sensu de purgatorio.

Q V Æ S T I O X C I.

An Confessio Purgatorii sit de Fide?
Pro sine q, Suffragia?

LUTHERVS *lib. de abroganda Missa* negat: itemque Per. Martyr *in 1. Corinth. 3.*
1. Quia Scriptura tacuit de Purgatorio, ubi maxima erat occasio: ut *Genes. 49.* ad funera Abrahæ. &c. In Leuitico, cum sacrificia pro variis instituuntur. &c. 2. Quia Ecclesia Græca diu restitit huic articulo. 3. Quia Dionysius in Hierarchia anxie laborat docetur oretur pro defunctis: Si credidisset Purgatorium, aperte respondisset; ut à Purgatorio liberentur. 4. Quia Augustinus ait Purgatorium esse, se habere opinione incerta, non fide.

AUTOR. RESPON. AD I. Scripturam omnia ubiq; ponere necesse nõ est. In Genesi uerò est implicite. c. 23. *Surrexit Abraham ab OFFICIO Funeris*, quod est flere, ieiunare, orate pro mortuis. In Leuitico sunt iussa sacra pro uiuis & mortuis; & factum est 2. *Mach. 12.*
AD II. Mendacium est: Nisi quod aliqui dubitarint, an purgatorium sit ignis, an quid aliud.

AD III. S. Dionysius expressè dicit, orari pro defunctis, ut à peccatis soluantur: *cap. 7. part. 3.*

AD IV. Contrarium dicit in *Enchir. c. 110. quest. 2. ad Dul. itium. libr. 21. Ciu. c. 24. &c.*

2. Porrò quibus quatuor modis dogma fidei probari solet, iis & hæc probamus. 1. Scripturâ expressâ cum declaratione Ecclesiæ: Sicut *ἰσοῦστον* Patri Christū docemus ex Ioan. 10. *Ego & Pater unum sumus*, quod Ariani aliter exponentes retundebantur per Ecclesiæ declarationem. Ita de Scripturis pro Purgatorio patet ex declaratione, ut supra. 2. Per euidentem deductionem ex Scripturis. Patet supra in Ratione 1. & 2. 3. Ex Traditione apostolica & perpetua. 4. Per euidentem deductionem ex uer-

S 3. Luth.